

HISPANIA NOVA TABVLA

G 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 G



Quarta additarum & sexta in ordine.



AEc tabula cōtinet Hispaniam, que terminatur ab ortu mari mediterraneo, ab occasu Oceano occidentali, a meridie frētu Herculeo, quod strictum zibelterræ dicitur, a septentrio- ne Pyrenæis montibus, qui eam à gallia segregant. Hæc re- gion fuit ab antiquis in tres diuisa partes, in Beticā scilicet, Lusitaniam, & Tarragonam. at nunc Betica tres habet pro- uincias: Granatam nempè, & eiusdem nominis ciuitatem Andaluziam, & Siu- liam ciuitatem, Extremaduram, & Meridam ciuitatem Agusta Emerita olim. Lusitania duas habet prouincias Portugalliam, & ciuitatem Lisbonam, Olios- pon olim, Galiciam & Compostellum ciuitatem. Tarragona nouem possidet pro- uincias, Aragonē regnum, & Saragoram ciuitatem, Cæsar augusta dicta olim, Nauarræ regnum, & Pampalonam Vrbem, Pamplon olim: Catalonia & Bar- selonam ciuitatem, Barcinon olim. Bizcaiam, Cantabria olim, & Viluao ciuitatē. Castiliam ueterem, & Burgos ciuitatem, Brauum olim. Castiliam nouam, & To- letum ciuitatem, Leupuscham, & ciuitatem S. Sebastiani, Easo olim. Valentia re- gnum, urbemq; valentiam. Murcia regnum, & Murciam ciuitatem. Præter has multæ sunt ciuitates insignes. Fluuij principales. 6 sunt i hispania, Migno, Minius olim, Duerus, Doria olim, Taio Tagus olim. Betis, Guldaquibir hodie. Iber^o, Ebro nunc, & Guadiana. Episcopales, & Archiepiscopales multæ reperiuntur ciuit. In- sulæ tres subiiciuntur regno Valentia, Ieuiza, Maioricha, & Minoricha. His- paniam autem, sic esse dictam putant, ab Hispano eorum rege decimo, quemadmodū à Beto rege, Betica, à Luso rege, Lusitania, & ab Ibero. Iberus fluuius dictus est. Hodie uero floridissima regio est, & multum in rebus bellicis ualeat, & in re nau- tica. Ab Italii inuentus est nouus Orbis, ab eis complete cognitus, et acquisitus, & regi eorum subditus. Lusitani eorum nauigationibus, totam Aphricam, Cale- cutum, aliasque insulas minime notas, cognoverunt. Castellani post primam, se- cundamque Christophori Columbi Ienuensis Clarissimi nauigationem, & post co- gnitionem Americæ, ab Americo Vesputio florentino traditam, Occidentem uer- sus, multas alias inuenerunt regiones, insulasq;: & ut uno verbo dicam, totum se- ré circuerunt orbem. Traiectio ad occidentalem partem a castellanis, fit ab insu- la Caliz. Lusitani à multis Lusitanæ partibus iter soluunt Aphricam uersus. Latitudo Hispaniae à 36. usq; ad 45. gradus fere se extendit, scilicet 9, gradus est. longitudo a 4. gradibus ad 19. fere scilicet 15. quasi gradus est. & hoc secun- dum neutericam obseruationem: aliter enim se habet antiqua longitudo.

7

HISPANIA.
RUSCELLI - 1562Comprado em Londres no
Mr. A. G. GIBSON em 20/5/96
por £ 36.00 = 8.500 Reis